



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Rei Poenitentis Simplex Et Hvmilis Confessio

Coloniae Vbiorvm, 1645

CAP. LX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10133

ra ac difficultia perpeſſū , natura aspernarū ac
refugit, clamabo, orabo, ut contineas manum,
ut miserearīs, ut parcas: tu vero, adjutor meus,
non moveberis, non obtemperabis, non satis-
facies, quoad animus, vitiis expurgatus, mu-
tatis affectibus, convertat luctum in ſum,
mōrorem in gaudium, querelas & lamenta-
tiones in cantum, ac misericordias tuas hym-
nis perennibus prosequatur. Tum faciam id,
quod āger, recuperata valetudine, folet; qui
medicū, à quo ſanus factus eſt, amplectitur,
ſuspicit, laudat, gratiarum actionibus dulciter
amanterque prosequitur, & uſtiones illas, fe-
ctiones, iuſſionesque ſanguinis, quæ antea
nimis horrebat, laudat, diligit, ſalutem ſuam
appellat. Non minus ego in flagellis tuis la-
bor, laudem dicam tibi, tuæque in me carita-
tis admirationi deditus ero.

C A P L X .

E cce me, Domine, demiffe humiliterque ja-
centem ad pedes formosissimos tuos, anno-
re amoris mei ſaviter inhumaniterque trans-
fixos: ecce me paratum ad omnia, quæcumque
juſſeris, ſive bona, ſive mala. atque, ſi ita tibi
expedire videtur, ut ego, tanquam filius cor-
ruptus, plagis afficiar, obſecro, da mihi ani-
mum aequum, perferentemque plagarum: po-
ne, Domine, custodiam ori meo, & oſtium
circumstantiae labiis meis, ne, verberatus, fla-
gellatus, ſtultum quid eloquar, ſed potius meo
ex ore Davidicum illud prodeat, Iustus es, do-
mine, & iustum judicium tuum: vel quod viro
patientiſſimo Iobo, cum maxime calamitati-
bus expeteretur, ſemper erat in ore, Sicut pla-
cuit